

*thodoxiam, quæ defendi possit, Id. in Resp. ad Stor-
rium, p. 40. Habitudoinem voluntatis ad intellectum
fundamentalem errorem esse, C. Thomafius, in
Fundam. Iur. Nat. p. 4. 25. 34. Licht und Recht. Erste
Entdeck. 3. Betracht. Veritates cognitæ in ipsa Dei
essentia videri quod cum Malebranchio Norri-
sius & Lamius defendunt, denique ideas
nostras esse ipsam Dei essentiam, quia æternæ sint
& immutabiles ut sentit Norrius, Mundi In-
tellect. P. II. cap. XI. XII. De Reliquis, quæ ad
Indifferentissimum nonnihil conducunt, v. gr.
Veritatem theologiam esse impervestigabilem, Deum
credenda studio obscura reddidisse, simplicem ani-
mum in sacris nimis extendendum esse, conversionem
a voluntate præcise inchoari, voluntatem intellectui
absolute imperare, veram fidem obscuram esse, de
his aliisque infra contra Anti-Dogmaticos at-
que alibi disputabimus.*

PRÆNOTIONES

CONTRA

ANTISCRIPTVRARIOS

NATVRALISTAS

CVSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

TRes quasi furia errorum humanum ge-
nus exagitarunt olim, & nostra ætate

Supra